

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Vincula calceorum sive corrigias solvere vilißimum ministerium apud
Græcos, Romanos, Hebræos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

zonam solverent, vel calceos exuerent, erravit plane Gloffe, que dicitur, Ordinariæ compilator, atque in errorem induxit eleganssimum Balduinum. Etenim non de Domino dicitur, *non rumpetur corrigia calceamenti ejus*, sed de gente valida atque expedita, quam contra Judæos se excitaturum Dominus minatur.

VIII. Prætermittendum hic non est, apud veteres proprium fuisse servorum ministerium, & quidem viliissimum, solvere corrigias, sive vincula calceorum domini, h. e. exuere calceos, uti jam dudum observarunt homines eruditi. De Græcis locus est apud Platonem: *πλατωνει, οντος αλκιβιαδη συμποσιον, ινα μαρτυρησαντοι: Solvite calceos, pueri, Alcibiadæ, ut accumbat.* Et apud Æschylum:

Æsch. in
Agam.

————— ὑπαί τις δρόβύλας,
Αὐτοι τάχος, πέρδαλος ἐμβασιν ποδος.

*Aliquis mihi soleas solvat ocyus,
queis itinerantis induebantur pedes.*

De Romanis idem constat vel *Terent.*
ex illo vulgato apud Terentium: *Heaut.*
Accurrunt servi, soccos detrahunt. *Aet. I. sc. II*

H 7 Apud

182 De CALCEIS HEBRAOR.

Plaut.

Truc.

Aet. 2.

sc. 4. ibid.

sc. 5.

Apud Plautum Dinarchus servis
imperat:

— Deme soleas, gedo, bibam.

Et Phronefium Ancillæ:

— Echo Pithecium,

Face ut accumbam: accede. adjuta-
re sic decet puerperam.

Soleas mihi deme.

Lucil. Sat.

lib. 3.

De servis Lucilius canit:

Cernuus extemplo plantas convestit ho-
nestas,

Et pedibus læva sycionia demit honesta.

Tib. lib. 1.

Eleg. 5.

Hinc Tibullus cum vellet expri-
mere ad omne officium, etiam
abjectissimum, pauperem fore
præsto, ministerium solvendi cal-
ceorum corrigias adjungit:

Pauper erit præsto tibi, præsto pauper
adibit

Primus, & in tenero fixus erit
latere.

Pauper in angusto fidus comes agmine
turbæ,

Subjicitque manus, efficietque viam.

Pauper ad occultos furtim deduces
amores,

Vinclaque de niveo detrahet ipse pede
Apud.

Apud Hebraeos veteres idem etiam habitum fuit ut vilissimum ministerium. Hinc possideri servum maxime volebant, si emptori servilia aliqua praestitisset opera, inter quæ in primis memorant, *שָׁהַחֲרֵר מִנְעָל לְרַבּוֹ אֶת תְּגִילָתוֹ*, ut solvasset domino calceamentum suum, aut illud induat. Scilicet inter vilissima ministeria recensebant calceorum vincula solvere, & calceos extrahere, atque hinc cum servum emerent, non alia oppignoratione utebantur, ut constaret eum in alterius domini potestatem migrasse, quam ut calceos eius solveret & indueret. Ex Maimonide, qui id ipsum hauserat ex Talmude, hoc observavit vir doctissimus Johannes Lichtfotus. Talmudicorum verba adscribi merentur; עֲבָד קָטָן כְּבָהָמָה דְּמוּתָנוּ רְבָנָן כִּיצְרָבָבָה בְּחוֹקָה cap. 2. מִכְיָהָה Gem. Bab. Kiddu- schim fol. 22. 2. Licht. ad Matth. 3. הַמְּרוֹחֵן הַפְּשִׁיטֵוּ וְרָחִיצֵוּ כְּמוּ גְּרוּדָה הַלְּבִישׁוּ 11. Parvus servus est veluti iumentum, tradunt magistri nostri. Quomodo emitur servus? Solvit calceum, porat post eum quæ ei necessaria ad balneum, devestit eum, lavat, ungit, fricat, re- vestit,

184 De CALCEIS HEBRAOR.

Moses Mi.
Præc. affir.
3. & neg.
177.

Marc. 1. 7.
Luc. 3. 16.
Ioh. 1. 27.
Act. 13. 25.

Seld. de
I. N. & G.
I. 6. c. 8.
Gem. Bab.
ad tit.
Cethuboth
cap. II.
fol. 96. a.

vestit, induit calceos, ac à terra levat. Videri etiam potest Moses Mikotzi. Hinc natum est Iohannis Baptistæ dictum, qui, ut se quam maxime præ Christo deprimat, indignum dicit, Κύψας λύστη ἐι μάντα τῶν παρεδηματῶν αὐτῆς, incurvatum solvere corrigiam calceamentorum ejus, quod referunt tres

Euangelistæ, Marcus, Lucas, Johannes, & Apostolus Paulus. Id idem est ac si dixisset, non sum dignus ut sim illius servus, aut hoc vilissimum obeam excalceandi munus. Huc facit, sicut etiam observatum est viro præstantissimo Johanni Seldeno, quod in Ge-
מַלְאָכֹת mara Babylonica legitur. שְׁהַעֲבֵד עֹשֶׂה לְרַבּוֹ חַלְמִיד עֹשֶׂה לְרַבּוֹ חַזְן מְהֻחָרָה לוֹ מְנַעַּל אֶלָּא בָּמָקוֹם שָׁאַן מִכְירֵן אָחוֹן אַבְלָן בָּמָקוֹם לוֹחַ לְנַפְתָּח Omne genus operis quod à servo domino suo præstandum est, id etiam à discipulo magistro suo est præstandum, præter solutionem calcei ejus. Quæ tamen exceptio obtinet tantum, ubi discipuli conditio non satis dignoscitur. Nam si ea satis dignoscatur etiam & illud munus præstandum. Carent Rabbini, ut in iis locis.